Nowosielecki ac illius posteri praedicto Gnoso Stanislao Siecinski ac ipsius successores ob non completionem contentorum recognitionis praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumberent. Nihilominus memoratus regens Gnosus Nicolaus Nowosielecki supraserto Gnoso Stanislao Siecinski et illius posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem roborandam ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet regentem transportata foret. Proquo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro se aliquo puncto ex praemissis non completo complendo praemissis citatus existens praenominatus regens Gnosus Nicolaus Nowosielecki aut eius successores ad instantiam supranominati Gnosi Stanislai Siecinski vel illius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri partique adversae vadium praedictum luere se inscribenti huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur sese ac suos successores ad eadem omnia obligat eunque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque termini semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum ad Tribunal vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos Terminos Officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recepturus nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel incitatis evasionibus suspensionibus fatalitatis iuris praescriptione Terminis bello conventione et aliis omnibus iuris remediis et defensibus non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Siecinski Nowosieleckiemu Roborat.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gnosus

Gnosus Stanislaus Siecinski sanus mente et corpore existens a Terminis districtibus iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actionem praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac peremptorie sequitur. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniis habitis et habendis Gnoso Nicolao Nowosielecki ac illius posteris inscribit et obligat. Recognitionem certam manualem per se recognoscendo eiusque omne certorum rerum et conditionum in eaque recognitione contentorum de actu et data hic Premisliae die hodierna actibus praesentibus datam manu sua propria subscriptam ad omnibus et singulis eiusque recognitionis conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligaminibusque et rebus quibusvis omnibus tam in toto quam in parte firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatum regentum ... praesentem ... sub vadio ... Gnosum Stanislaum ... Nicolao Nowosielecki ... completionem contentorum recognitionis praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Proquo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro se aliquo puncto ex praemissis non completo complendo praemissis citatus existens memoratus regens Gnosus Stanislaus Siecinski vel illius posteri ad instantiam suprascripti Gnosi Nicolai Nowosielecki aut eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum. Nihilominus memoratus regens Gnosus Stanislaus Siecinski praefato Gnoso Nicolao Nowosielecki ac illius posteris dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque facultatem inscriptionem praesentem roborandam ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet regentem transportata

spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri
parere vadium praetactum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iu-
dicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eaque omnia obli-
gat eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes consequenter causa
eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate
successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta
ad Evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo ad quietationem ultra primos terminos officii praefati Castrensis
Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac causae
prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel tri-
plicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terre-
stri bello Conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis
non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa vadia mediante.

5/IV 1631.

Actum in Castro Premisliensi Sabbatho post Dominicam Quadragesimalem Laetare proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo.

Korniakt et Grochowski Roborant.

Comparentes personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Generosi Thomas de Grochowce Grochowski Dapifer Terrae Sanocensis ab
una et Alexander Zbigneus in Bialoboki Korniakt ex altera partibus sa-
ni mente et corpore existentes a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque su-
is quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Pre-
misliensi quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando
atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum regnant et quilibet
eorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos succes-
sores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis habitis
et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque
partibus inscribunt et obligant intercisam certam inter se regnantes ratione
[illegible] se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus [illegible]

certarum

certarum rerum et conditionum in eaque intercisa contentarum de actu et data hic
Premisliae Feria Tertia post Dominicam Laetare proxime praeterita anno praesenti
confectae manibusque regnantium subscriptae in omnibus et singulis illius con-
ditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamenque et nexibus generaliter
universis tam in toto quam in parte firmiter tenere complere exequi ac
inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis toties quo-
ties opus fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem
et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo.
Sub vadio Quindecim millium florenorum pecuniae polonicalis per partem
parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem praemissorum
intercisae praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties
quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominusque memoratae par-
tes regnantes utraque se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus
ac summis pecuniarum habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars
alteri ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant inscriptionem prae-
sentem roborari ex his Actis Castrensibus autentice depromptis ad Acta Ter-
restria Premisliensia ante decursum unius anni sive coniunctim sive divi-
sim transferre transportare. Sub simili et speciali vadio Quindecim millium
florenorum pecuniae polonicalis per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non
transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum
succumbens pro quibus quidem vadiis vel vadio modo praemisso ad solvendum
succumbendo ac pro aliqua parti ex praemissis non completa complendoque pro
missis citata eius pars una praemissa non tenens aut eius successores Ad ino-
stantiam partis alterius praemissa tenentis vel illius posterorum Ad officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu supraserio quoad
rendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare iuri parere vadia praetacta luere inscriptioni huic satisfacere
ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad ea-
dem omnia obligat. eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes con-
sequentes causae eiusque Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori